

Band IX., Nr. 3956, Seite 343-344

*Ludwig Hur von Beutelsbach, Bürger in Esslingen, macht mit Weinbergen
in Heppach eine Stiftung im Kloster Adelberg.*

Beutelsbach, 1290. März 3.

In nomine domini. Amen. Noverint universi hanc litteram inspecturi, quod ego Ludwicus dictus Hur de Butelspach nunc vero civis in Ezzlingen de consensu quondam uxoris mee legitime dicte Albrat statui et perpetuo testamento legavi ecclesie de Madelberc in remedium anime mee et prefate uxoris mee unum iuger vinearum et dimidium sitarum in Heggebach¹, quas actenus sub titulo feodi possedi ab ecclesia supradicta. Vineam itaque predictam in Heggebach partivi et divisi in duas partes tali pacto, ut de hiis partibus vinearum mearum prepositus et conventus de Madelberc unam partem vinearum pro suo arbitrio sibi eligerent et post meum et uxoris mee legitime obitum absque contradictione qualibet quod elegerant partem libere possiderent. Predictis vero vineis meis sitis in clivo contiguum est ab una parte pomerium, ex superiori vero parte montis assitum est torcular quondam domini Wolframmi militis de Stetin dicti dapiferi de Wirtemberg, sicut est notorium universis. Ego igitur Ludewicus dictus Hur profiteor per presentes, quod proprietas ac verum dominium predictarum vinearum ac pomerii quod eisdem bonis est annexum dinoscitur ab antiquo ad ecclesiam de Madelberc pertinere et quamdiu ego et uxor mea sumus superstites, de bonis pretactis, que in feodum actenus possedimus, tenemur ecclesie prenotate cuius bonorum est proprietas quinque solidos Hallensium persolvere annuatim, nobis vero viam universe carnis ingredientibus, que per nos sunt pro testamento deputata, remanebunt libera et soluta monasterio supradicto. Protestor nichilominus per presentes, quod omnes antecessores quondam uxoris mee dicte Albrat predictas vineas cum suis attinentiis in benencium feodi a monasterio memorato actenus possederunt et quod bona, de quibus mentio est in hiis scriptis, quondam uxori mee legitime pro dote fuerant donata ipsa mihi matrimonialiter copulata. Testes autem publicationis ac protestationis nec non pacti ac donationis in hiis scriptis redactis sunt: dominus Dieterus prepositus de Butelsbach, C. dictus de Richemberc, H. dictus Capplan, Ortwinus dictus de Schambach, C. dictus de Kirhperc canonici ibidem, . . . dictus Hohsliz advocatus de Hæginloch, Walterus scultecus, H. panifex, Burcardus dictus in Ripa, Albertus dictus Koch, Hermannus dictus Soeklin, C. dictus Pflumer

¹Großheppach, Weinstadt, WN, bzw. Kleinheppach, Korb, WN.

II

iudices villani ibidem et alii quam plures fide digni.

 Acta sunt autem hec apud villam Butelspach, anno domini MCCLXXXX., proxima feria sexta post festum Mathie apostoli, indictione IIII.² Ut autem hec firma et inconcussa permaneant, presentes litteras venerabilium in Christo . . prepositi et canonicorum de Butelspach [sigillorum] decrevimus de communi consensu partium munimine roborari.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Abhängend noch das 2. Siegel, s. WUB, Bd. IX, S. 168, Nr. 3683.

 Im gleichen Jahr hat nach einer Angabe in Senkenbergs *Selecta iuris et historiarum* II, 246 Graf Eberhard von Württemberg dem Kloster Adelberg „etliche güeter etc. gefreyet“. Diese Urkunde ist nicht mehr erhalten.

²Vielmehr III.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 51

Überlieferung und Textkritik:

Original.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 51.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Beutelsbach

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adelberg, GP
 Beutelsbach Wohnplatz (1751)
 Beutelsbach, Weinstadt, WN
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Großheppach Wohnplatz (1753)
 Großheppach, Weinstadt, WN
 Hegenlohe Wohnplatz (394)
 Hegenlohe, Lichtenwald, ES
 Kirchberg an der Murr Wohnplatz (1420)
 Kirchberg an der Murr, WN
 Kleinheppach Wohnplatz (1426)
 Kleinheppach, Korb, WN
 Reichenberg Wohnplatz (1514)
 Reichenberg, Oppenweiler, WN
 Schanbach Wohnplatz (476)
 Schanbach, Aichwald, ES
 Stetten : Kernen im Remstal WN
 Stetten Wohnplatz (1765)